



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XIV. Wilbrand, Erzbischof von Magdeburg bestätigt die Donation des
Bischofs von Havelberg für die Kirche zu Wust, am 29. März 1240.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XIV. Wilbrand, Erzbischof von Magdeburg bestätigt die Donation des Bischofs von Havelberg für die Kirche zu Wust, am 29. März 1240.

Wilbrandus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, dilectis in Christo C. plebano in Melckowe et suis successoribus in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et equitas adiuuat et vtilitas comitatur. Ea propter dilecte nobis in christo C. tuis iustis petitionibus annuentes dotem, qua venerabilis frater noster pie memorie Selenbertus, quondam Havelbergenfium episcopus, ecclesiam in wostitz dotauit, dum consecraret eandem, tibi et tuis successoribus duximus perpetuo confirmandam, ipsam sicut in priuilegiis predicti episcopi inuenimus expressam suis propriis nominibus exprimentes, videlicet Area una ad usum sacerdotis, cuius longitudo est ipsum cimiterium ad meridiem, latitudo quatuor virgarum mensuarabilium Itemque Area una in eadem parte ville circa finem ad usum custodis et uiginti octo solidi Magdeburgensis monete in festo beati Martini soluendi, quorum quatuor dantur de censu duorum mansorum Melckowe in fine ville ad leuam manum versus Brist, viginti quatuor dantur wostitz de decima trium mansorum, duorum in veteri villa Balduini Scabini, vnus in noua villa simonis Scabini; postremo ipsa Basilica cum dote sua, cum cura hominum et animarum cum tertia parte decime Totius ville wostitz et totorum agrorum eius et cum proprietate et toto iure unius Mansi, veluti Matri filia ecclesie in Melckowe est assignata. Sanctimus (sic!) igitur et sub Anathematis vinculo districtius inhibemus, ne quis hanc nostre confirmationis paginam presumat aufu temerario violare uel de predictis quippiam permutare. Datum Magdeburg, Anno domini M^o CC^o XL^o, IIII Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Aus dem Copiaro N. 32 Jericho p. 57 im Magd. Prov.-Archiv.

XV. Graf Bederich von Belzig schenkt der Marienkirche zu Hamburg verschiedene Reliquien, (im Jahre 1243?)

Venerabilibus dominis, decano et capitulo Hamburgensi. B. Dei gracia comes de Belziz, salutem cum affectu sincero. Quia inducti bonorum consiliis et hortatu in ecclesia uestra, quam in honore gloriosissime uirginis Marie audiuius esse fundatam, nostram et progenitorum nostrorum memoriam fieri affectamus, tamen quia ad presens possumus, demonstrare volentes affectum, thesaurum nobis et nostris progenitoribus per electum, non sine multis laboribus, supplicationibus et instantiis ab ipsis et a nobis obtentum et cum omni diligencia reconditum et seruatum, aliquorum videlicet sanctorum reliquias plurimum venerandas, sub seris et sigillis venerabilium patrum diligenter inclusas et intactas vsque ad hec tempora, vobis et ecclesie vestre duximus transmittendas. Quas per manus religiosorum et Deum timencium uirorum reuerenter referuatas, quos ad nos miseratis, nunciis vestris sub multorum honestorum testimonio fecimus exhiberi. Et ideo, quantum possumus